

**3254** P. Valerius Bassus | praefectus fabrum | et Caecilia Progne |  
Dianae Valerianae | d. d.

*Romae (VI 155 aliquoties descripta saec. XVI).*

**3255** Dianae Aug. | colleg. lotor.<sup>1</sup> | sacr. | Primigenius r. p. | Aricino-  
rum ser. arc.<sup>2</sup>, | curator II, cum | M. Arrecino<sup>3</sup> Gelliano | filio cura-  
tore I, | d. d.<sup>4</sup>

*Ariciae (XIV 2156 saepe descripta). — 1) Collegii lotorum. — 2) Rei publicae Aricinorum servus arcarius. — 3) Libertus fuisse videtur rei publicae Aricinorum. — 4) Curatore primum dono dedit.*

**3256** Graecia P. f. Rufa Pompon. Dianae Loch.<sup>1</sup> s. p. s. c. p. s.<sup>2</sup>

*Neapoli, iam in Anglia, puteal marmoreum, in quo sculpti Paris et Helena cum Venere et Musis tribus (X 1555 p. 974; Michaelis Ancient Marbles in Great Britain p. 547 n. 56). — 1) De Diana Lochia vix cogitari potest (Mo.). — 2) Litterae incertae explicationis.*

**3257** Dianae deae | nemorum comiti, | victricis ferarum, | annua vota  
dedi<sup>1</sup> | Fannius Iulianus<sup>2</sup> praefectus | cohortis II | Sardonum.

*Attavae (Lamoricière) in Mauretania rep. (VIII 9851 semel descripta). — 1) Nota colon dactylicum.*

**3258** [um]brarum ac nemo|rum incolam, | ferarum domitricem<sup>1</sup>, | Dia-  
nam deam virginem, | Auxentius v. c., ubique | piu[s], suo numini sedi|que  
restituit.

*Romae (VI 124 cf. 50700 viderunt Henzen et Huelsen). — 1) Carmen facere temptavit (cf. Buecheler carm. epigr. n. 1520).*

**3259** Dianae | sacrum | Q. Tullius | Maximus<sup>1</sup> | leg. Aug. | leg. VII  
Gem. | Felicis.

*(in parte postica)*

astrum                      luna                      astrum

Aequora conclusit campi | divisque dicavit |  
et templum statuit tibi, | Delia virgo triformis, |  
Tullius e Libya rector | legionis Hiberiae, |  
ut quiret volucris capreas, | ut figere cervos, |  
saetigeros ut apros, ut | equorum silvicolentum |  
progeniem, ut cursu certare, | ut disice<sup>2</sup> ferri, |  
et pedes arma ferens et | equo iaculator Hiberno. |

*(in latere dextro)*

Dentes aprorum, | quos cecidit, | Maximus |  
dicat Dianae, | pulchrum vir|tutis decus. |

*(in latere sinistro)*

Cervom altifron|tum cornua |  
dicat Dianae | Tullius, |  
quos vicit in pa|rami<sup>3</sup> aequore |  
vectus feroci | sonipede.

**3260**

*(in tabula, quae una reperta est)*

Donat hac pelli, D[iana],